

et docentes quibus exercitijs et nos magni apud
 deum fieri valeamus. Ad hoc enim gloria
 noster iste pontifex sub sua magnitudine no-
 bis ponitur in exemplum: ut ex sua magnitu-
 dine comoniti discamus magni fieri apud
 deum. Peccatores enim comonentur ut infernu-
 s fugiant: penitentes ut ad regnum celorum perveniant
 boni ut in magnitudine proficiant: quod si de-
 creverimus faciendum: predictas tres particulas.
 scilicet complacencia. iusticia. reconciliacionis gratiam
 amamus: incipientes a primo vice a com-
 placencia: et inquirentes solite quibus exerci-
 tijs deo placere valeamus. **P**rimo
 ergo sciendum quod per ceteris tria placent deo quod
 ex persona sua. **Eccle. xxxv.** ponit nobis deus
 ita dicens. In tribus bonis placitum est spiritui
 meo que sunt. probata coram deo et hominibus. scilicet
 concordia fratrum viri et mulier boni consentientes
 et amor proximorum: que tria si vite nostre inse-
 rimus deo per omnia complacemus. Sunt autem
 fratres omnes sensus corporis et omnia corporis mem-
 bra pitores et affectiones potentie et virtutes
 anime et affinitate quam habent ad invicem: fratres
 iusto nomine appellantur: quos tunc ad concordiam
 reducimur quando ex nostra diligentia et co-
 muni omnes deo concorditer obsequuntur ita
 ut deus dicat singulis et omnibus id. **Iud.**
vij. Quod me videris facere omnes facite ut non
 sint in vobis scismata: sed simul omnia stren-
 nue ad deum ordinantur: quod cum factum fue-
 rit subito valde proficimus ad perfectum: sic econ-
 versum cum in vobis sint scismata et dissensi-
 ones nunquam proficere possumus: quod quantum in
 una parte proficimus tamen in parte altera retarda-
 mur: sicut **Eccle. xxxij. dicit.** Unus orans et a-
 lius maledicens: cuius vocem exaudit deus?
 unus edificans et alius destruens quid pro-
 fiet nisi labor. Ideo dicit apostolus. **i. Corinth. i.**
Non sint in vobis scismata. quia ut ait gre-
 gorius. Quid prodest si contra hostium insidias
 tota pene civitas caute custodit: unum autem
 foramen aperit relinquit per quod ab hosti-
 bus capit. Et hoc ergo pro deo multum pla-
 cebimus: si fratres sensuum et membrorum in-
 ter se unitio sint concordia. **Hinc Gregorius.** sub-
 iungit. Qui ergo perfecte deo placere deside-
 rat: nihil sibi de se penitus derelinquit: factus
 sibi totus tanquam vas perditum et sicut mortu-

us a corde. **Secundum** quod de nobis per ceteris
 deo placet est: si vir et mulier sint boni et om-
 nia consentientes. **Quia** per virum nisi spiritus
 quid per mulierem nisi caro accipit. **Qui** tunc
 bene consentiunt quando caro ancillatur et spiritus
 dominatur: quando caro rationi se subicit et spiritus
 semper precipit. **Sed** diceret hoc videtur difficile:
 quia caro cum sit delicata et tenera spiritus non
 potest obedire. **Ad hoc** dicimus quod sit valde
 possibile: nam caro non iubet extinguere sed con-
 cupiscentia refrenari et iuxta vires obedire.
Si item dixeris illud. **puer. xij.** Viri non
 suppetunt. **R**esponderetur quod ibidem subiungitur
Qui inspector est cordis ipse intelligit et ob-
 servatorem anime tue nihil fallit. **Et** quia ca-
 ro delicata est ut raro tamen faciat quantum potest
 consulit **Eccle. xxxij.** quid in eius delicijs sit
 agendum cum dicit. **Servus pessimo latera sag-**
uinare. **Hinc Berno.** Docendus est homo bo-
 ne voluntatis sic habere corpus suum sicut e-
 grum commendatum: cui etiam multum volenti
 inutilia sunt neganda: vitia vero etiam no-
 lenti ingerenda: et sic de eo agere sicut de non
 suo: sed eius a quo pretio magno empti sumus.
Ideo durius quidem corpus tractandum est
 ne rebellet: sic tamen ut servire sufficiat: quia
 ad servandum spiritus datum est. **Et** item dicit
Berno. Docendus est homo bone voluntatis
 rationabiliter mortificare membra sua et iustitiam
 rationis et discretiois habere iudicium: nec alicuius
 eius eorum in iudicio accipere personam. **Et** **Gre-**
gorius. Discretio magis moderamen carnis cura
 frenanda est ut serviat et mitem principem: ne
 quasi domina animam vincat sed subiecta mentis
 dominio quasi ancilla famule ut iussa assit
 ad nutum cordis depulsa desiliat. **Tertium**
 quod per ceteris placet deo est amor proximorum
Ipe enim omnino statuit hominem sine crimine cor-
 ram deo. **Facit** enim in nobis tria bona: scilicet
 quibus non est salus. **Nam** per amorem proximi
 malum declinat et omne bonum proficitur: et si
 necesse nihil de nobis a domino acceptat: et omne
 quod agimus cum dilectione proximi gratia
 ter a domino acceptat. **De** primo dicit apostolus
Dilectio proximi malum non operatur. **De**
secundo dicit idem apostolus. **Plenitudo** legis est di-
 lectio. **De** tercio iterum apostolus. **Si** linguis
 hominum loquar et an. etc. **Qui** ergo predicta tria

Sermo

deo exhibuerit p omnia placet deo et ei veraciter dicere possumus id Eccles. ii. Glade et comede in leticia panem tuum et bibe cum gaudio vinum tuum quia deo placet opera tua. Non autem opera placent nisi ipse deo prius placeat: dicite Gre. Non abel placuit ex munere sed munus ex abel. quia nullum bonum facimus nisi fuerimus prius boni. Et sciendum quod postquam cepimus placere deo omnia que sunt in celo et in terra bona et mala promouet nos. ut amplius placeamus. Hinc puer. xvi. Cum placuerint deo vobis inimicos eius conuertet ad pacem. Qui autem curiosa deuotione scire desiderat si deo ipse placeat. ingrediatur introsum: estimans et mensurans quantum deus ei placeat: et sciat sine dubio quod tantum ipse placeat deo. quod aperte nobis innuit Luc. vi. di. Eadem mensura qua mensi fueritis remetiet vobis: Bern. Anima ex eo quod se diligere et vehementer diligere sentit. non ambigit etiam vehementer diligit: et quantum ipse nobis est in affectu. tantum nos ei sumus sine dubio in affectu. ne in modum imperfectam nostram qua debite placet nobis deus sic nos placere ei cum ipse dicat Eccl. iiii. Non enim cogitationes mee cogitationes vestre. neque via mee via vestre. quia sicut exaltatur celi a terra. sic exaltate sunt via mee a viis vestris. Sic per locum a simili exaltata est sua complacencia super nostram. **P**rimo quod nos magnos efficit est iusticia. quam si consequimur veraciter sumus magni. Unde Eccles. iiii. Usque ad mortem certa pro iusticia. De hac iusticia tria breuiter perstringantur. scilicet de eius descriptione exercitatione. et utilitatis assecutione. de primo di. Augu. Iusticia est virtus generalis complectens totius anime rectitudinem. que duobus ad implet modis. ut que prohibita sunt a deo non faciamus. et que precepta sunt compleamus. Simile Bern. describit eam sic dicens. Iusticia est virtus reddens unicuique quod suum est. Secundo dicendum est de eius exercitatione. quam post predictam descriptionem Bern. subiungit dicens. Redde superiori. redde equali. et inferiori que sua sunt: et iusticie noueris satisfactum. Reddamus erga primo superiori scilicet deo reuerentiam ut in omni loco omni tempore et ubi ueliamus mala facere tanquam stemus in

presentia sue maiestatis. sic enim estimabant se stare prope cum frequenter dicebant. Quiviro minus in eius respectu sto. Secundo reddamus equali scilicet primo beniuolentiam ut semper ei simus pro filij et auxilij debitores. Tercio reddamus inferiori scilicet corpori custodie et discipline diligentiam. custodiam ne malum faciat. et disciplinam ut si faciat diluat. Tercio dicendum est de utilitatis assecutione. Sunt enim tria maxima bona facientibus iusticia a deo repromissa scilicet presentis vite sanctificatio. inferni euasio. celestis regni assecutio. De primo dicitur Mat. v. Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam. quod si beati utique et sanctificati. De secundo puer. x. Iusticia liberat a morte. quod de eterna oportet intelligi. quia a morte non liberat temporalis. De tercio dicitur in psal. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? Et respondetur Qui operatur iusti. etc. Ideo monemur Eccl. iiii. Agonizare pro iusticia usque ad mortem. Qui enim habet iusticiam: habet pro consequens omne bonum

III De eodem Sermo secundus

De tempore ira

cundie facta est reconciliatio vobis supra Bernardus. Beati qui de sua reconciliatio non ingrati pro alijs pie solliciti sunt: et eos quantum pualent deo reconciliare laborant. Verbum itaque positum quod cum duobus membris promissis scilicet dei placencia et nostra iusticia magnos nos facit coram deo. nunc est largiente deo petrandum. Verito enim magni dicendi sunt qui deo placet et in se iusti qui pro alijs efficaciter intercedunt. Sed antequam hanc reconciliacionem petramus prius reconcilianda est scriptura. que videtur in hac materia discordare. Nam verbum positum hic sonare videtur quod viri sancti possunt deo reconciliare peccatores. cui sine contrarium sonat quod dicit Job. ix. Deus est cuius ire resistere nemo potest. Quo hic dicitur quod sancti in tempore iracundie reconciliant: vel si reconciliant: quomodo verum est quod ire dei nemo potest resistere. Nam possere resistere et non posse valde contraria sunt. Quam rem contrarietate beatus Grego. determinando reconciliat sic di. Virum valde est